10.B/41-002

Celeberrime Domine Collega!

Seminibus a Te desideratis, quae Tibi hic transmitto, indicem simul plantarum adjungo quae hoc anno in horto nostro in pluribus exstant ~~[illegible]~~ individuis et quae Tibi libenter pro aliis, quae in horto Patavino coluntur et nobis desunt, offero. Ob temporis angustiam elenchus hic incompletus mansit, locupletiorem Tibi in posterum communicabo. Si quidem in hoc nonnullas plantas invenies, quae Tibi desunt, certiorem me de hisce reddere velis simulque viam indicare aptissimam qua Tibi plantas has transmittere possim.

Vale et fave

Tuo

devotissimo colleg.
V. F. Kosteletzky

Pragae die 7 Martii 1842.